cuius magna fecerint etiam mirari. Neque enim
quia interdum ridenda ut diximus non inani-
ter loqui ſolebat et facere · ea dicta ab eis quoque
ut abbati noſtro Ymmoni verecundo homini et talia
ſemper deteſtanti · cum incude noviter ſubterra-
nea recepta ſibi dari peteret · feminam de mercato
dorſo validam inferri iuſſerat. Sed et hettinum
camerarium ſuum in effuſo lito flumine iam
mergi viſum · quomodo ad ſe feſtinum vocav-
erit · fluctusque illum coram pedibus ſuis in litus
eiecerit. ¶ Sed et ipſa urbe ſua auguſta
quidem Ungarorum invaſione ſub hainricio
ut iam diximus rege · quomodo inexitus ſuis
liberaverit ab ipſis · prius illa quam ad nos venirent
acta obſidione cingentibus nec uno verbo
tetigiſſe miram. Nam imminente irrupcione
illorum iam fatali introitu · infantulos urbis
innuſos ab uberibus matrum raptos · circa ſe
coram altaribus nuda terra iactari iuſſerat · va-
gitibusque illorum lacrimas cum eiulatibus miſcens
infeſtiſſimos illos alter Ezechias abegerat
hoſtes. Nam nulla niſi talium precum exiſtente
cauſa · efferi illi urbe relicta · ad alia diſperſi
ſunt loca. ¶ Hugo eciam quidam regii generis homo
primariusque potens ſororem viri dei virginem
ſacram inceſtu agnita · ab ipſo quia ſepe
inclinatus est inſolenter ei inimicus · quadam die
curre vehiculo ut erat in firmitatis ſue
occurrit in veredo. Quem cum milites epiſcopi preſſu-
res uti ei non occurreret premonerent · curru-
cariis inquit illum ab itinere meo nunquam declin-
abo. Quod ille adircientibus post audiens. Carrucam
inquit vehiculo ſcitote filii mei ipſe plus quam
ego indigus erit. Nec post multum nocte quadam
ſanus ſopori ſe tradens · cum evigilaſſet cum-
bos in quibus peccaverat acerrime dolens · in in-
ferioribus ab illa nocte ita decreverat · ut preter
cutem et oſſa gracilia nichil haberet. Sicque
longevitatis tempora nunquam cogi valens ut pace
amico dei peteret perduraverat. Ipſa autem
ſanctimonialis illa ſtorum exploratorum post viſa eſt
feria; quippe quam ſic novis ſentenciis dum vixit
per annuatim premuniat. ¶ Ungris autem a ſe
recedentibus cum Buchorvam illos ubi ſoror
ipſa erat · partes quoque intras ubi Wiboradam
matrem ſciebat · invadere velle comperiſſet ·
oraſſe fertur. Domine mi ſerva iſta adhuc in-
punita michi dona · ut gladio non pereat ·
Sed et illa gladio ſemper parata · ut palma mar-
tirii mereatur confortans robora. Cellam quoque
galli tui integram cum famulantibus pie et in-
ſtructores conſerva. Atque ita precibus eius ſanctis
effectum deus undique dedit.

At engilbertus inter circumquaque omnibus
igne celo nocte dieque relucentibus exploratores
iam emittere non auſus · caſtellum ſuum cum ſuis
immanes tuebatur. Racco autem in monaſterium magiſ-
cio fidentibus ut miſſas ibi agerent miſſis
ſpiritu inter eorum reditum vix ſpirare potuit. Mu-
ltum autem ſocios roborabat inter timorem et ſpem
heribaldi et clerici aſſidua de hoſtibus relacio.
Mirabantur tandem altioris ingenii fratres pro-
deum tam amictum ſimplicitati · ut eum etiam fatuos
et ebetes tueri non pigeat inter medios hoſtium
gladios et contos. ¶ Querentes autem ab heri-
baldo inter ocia quomodo ſibi met tam numeroſi
hoſpites ſancti galli placerent. Eya inquit quam
optime · nunquam ego credite michi hilariores
in clauſtro noſtro homines vidiſſe me memini ·
tibi enim potus quoque datores ſunt largiſſimi · quia
enim ego an cellerarium noſtrum tenaciſſimum
vix rogare poteram · ut vel ſemel ſitientem
me potaret ipſi in affluenter · rogati dabant.
Et dericus et ſi bibere inquit nolles · alapis co-
gebant. Non nego ait · id enim unum valde diſpli-
cebat · quod tam indiſciplinati quidem erant in ...
dico vobis · nunquam in clauſtro ſancti galli tam indi-
ſciplinatos vidi. Neque plus me alia et in clau-
ſtro quam ſi foris in preſcato erant ferales
illi inquit egerant. Nam cum eis ſemel manu
ſignum darem ut dei ipſius memores vel in
eccleſia ſilentium agerent · grandes michi in collo
infregerant ictus. Atque ilico quod in me peccaverat ·
vino oblato quod nemo quidem verum faceret
emendabat. ¶ Taliter impreciti illi deum ſe-
innocentes · miſeriis ſuis ſe paſcebat dum
ocia haberet · fama vero volante ut fit · re-
verſos hoſtes iterum in cenobio verſari · emitti
ſe fatuus ut ad carcos ſuos veniret enixe
rogabat. Sicque per aliquot dies ipſi et waſſer-
burgenſes in navibus trans ſepius agentes quas
hoſtes nullas habebant · finem hoſtice tem-
peſtatis expectabant. ¶ Audivit tandem
conſtancia foris muros cremata · intus armis
defenſa. Augia quoque navibus ſubductis · cromatis
multis in circuitu fulgida · hoſtes ſevos citius
citraque renum omnia igne cedibusque pervadentes
tranſiſſe. Auſi tandem monaſterium ſecuri intrare ·
oratoria purgant · officinas perſcopant. Epiſcopo
notingo · tunc accito · aqua benedicta cuncta
ſpargi rogantes · vim demonum omnem elimi-
nant. Atque ſic engilbertus armis relictis ·
milicie celeſti · ſe ſuosque iterum aſſuefaciens ·
inotriciſque frugi homines ſe exhibuit. Oves
enim diſperſas velut humeris reportans
adgregate regule eas redocuit tenorem ·
Pabula que eis curam quidem omnibus erat · omni
induſtria undequaque corradere ſollicita
curavit ſollercia · neque enim erat eme omnibus
perfligatis · neque fratres vermi ſicut hoſtibus